

rectum quod rectum esse ignoras, non ex virtute facis. *Caron.*

Ex hac autem notitia porrò homo informatur, ut qua in parte natura deficir, educatione compleatnr. Πᾶσα γέ τέχνη, ait Aristoteles, κὴ παιδεία τὸ εὐστράτειπον βάλεται τῆς φύσεως ανατηληγοῦν. Nec sufficit ad naturæ bonitatem accessisse educationem, nisi prudenter quoque, quæ Græcis φρόνησις est, adhibeat, nimirum habitus ille, intellectualis, quo de iis, quæ ad hominis vitam vel con-, ducunt vel obsunt, consultamus & judicamus. Hæc,, *enim quasi præfulgida lampas est, quâ præsentia ordi-* *nantur, furura providentur, præterita revocantur, ut non*, sine causâ Justus Lipsius lib. 1. polit. cap. 8. parentes ejus, Usum & Memoriam fecerit, quam ad rem judicosa hi-, storiarum lectio plurimum conducit, si ad σωτήσιν acce-, dant ἀγγεῖον, δεινότης καὶ ἀσκησις, nec non peregrinatio-, nes, & cum prudentibus conversationes. Prudentiam *excipere debet προαιρετικ. quâ eligimus media illa, qui-* *bus ad bonum consultatione cognitum provehimur.* Prudentia enim monstrat τὸ προαιρετικόν, unde virtus moralis ab Aristotele ἐξ προαιρετικοῦ definita est. Suc- cedit denique ἀσκησις, sive γνωματία, exercitatio sive assuetatio, quæ perfectioni (quantam nimirum hujus naturæ imbecillitas admittit) proxima est. Sic ergo na- *tura ad virtutem præbet initium, disciplina progressum,* *prudentia circumstantiarum considerationem, ne quid* *temere fiat, exercitatio perfectionem.* Nec parum mo- *menti ad virtutem consequendum adferunt præmia, I. præmia* *pœnæ, & bona exempla. Præmiis allicimur juxta illud:* *Non parvas animo dat gloria vires. Item: Laudataq[ue] Ovid. lib. 4. 98* *virtus Crescit, et immensum gloria calcar habet. Et ponto. leg. 2.* *appositè dicitur, honorē artes alere. Pœnis à vitiis deter-* *remur; Oderunt peccare mali formidine pœna. Ut autem* *metu pœnæ ad virtutem fit assuetatio, ita virtute ac-* *quisitâ, non ex metu pœnæ, sed ex amore virtutis quod* *rectum est, facimus. Nam oderunt peccare boni virtutis* *amore. Bonis exemplis mirificè juvatur institutio, si* *quidem iis ad movendum nihil esse potest efficacius,* *z. Paena* *3. Exulta*